DE LOQUELA TANQUAM RATIONIS AUXILIO CONSIDERATA...

Antonio Venini

DE LOQUELA TANQUAM RATIONIS AUXILIO
CONSIDERATA

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

ANNUENTIBUS MAGNIFICO DOMINO RECTORE
AC CELEBERRIMIS FACULTATIS MEDICAE DIRECTORE
ET DECANO
NEC NON CLARISSIMIS D. D. PROFESSORIBUS

AD

DOCTORIS GRADUM IN RE MEDICA

ASSEQUENDUM

CELEBRATISSIMO IN ARCHIGYMNASIO TICINENSI

EDIDIT

ANTONIUS VENINI

MORBINIENSIS

EX VALLE-TELLINA



TICINI REGII.
EX TYP. FUSI ET SOC. SUCCESS. GALEATII.
1819.



VIRO EXIMIO OPTIMOQUE

ARCANGELO SPEDALIERI

PHYSIOLOGIAE AC ANATOMES

IN ACADEMIA TICINENSI

PROFESSORI ETC.

Antonius Venini

Cogitanti mihi, ac saepe saepius mente revolventi, quae quantaque Tibi debeam, Praeceptor Optime; nihilque te dignum obvenire mihi quod observantiae pignore tibi af-

ferre valeam, animo quidem angebar. Quoniam vero summa, quae tanta comitate, mihi contulisti beneficia ejusmodi sunt, ut silentium nullimode perferant, idcirco te oro, obtestorque ut hanc meam Dissertationem, quam nomini tuo inscripsi, tibique tanquam certum, sed tenue gratae mentis meae testimonium offerendam judicavi, eo animo accipias velim, qui me incitare possit, ut majora cum tempore aggrediar, quae te digna sint meritoque tuo melius respondeant. Parce igitur exiguo muneri, tenuique parce labori, Diique incolumen Te jugiter servent!

Ticini die XIX. Mensis Augusti M.DCCC.XIX.

DISSERTATIO

DE LOQUELA
TANQUAM RATIONI AUXILIO
CONSIDERATA.

Quot, qualesque sint magnae, quas homo cum caeteris naturae partibus habet, relationes, quot sint necessaria societatis vincula, quisque facillime concipit atque jugiter experitur.

Si mente concipimus hominem in societate haud vivere, ignorando tunc quid esset justitia, neque legis aliculjus vindictam pertimescendo, qui magis viribus polleret felicior esset, qui vero se debiliorem putaret, sui similis aspectum horreret ac fugeret; per nemora sylvasque vagaret, sibi venatione, et rapinis nutrimentum compararet, sacras religionis, conjugii, atque jurum leges minime cognosceret, atque, monente Tullio (1), ad id solum quod

(1) De Offic. lib. I. cap. IV.

a
praesens esset se accommodaret, paullulum admodum sentiens praeteritum aut futurum.

Nullum quidem dubium est magnam rationis humanae evolutionis partem sibi societatem vindicare; in ipsa enim sola scientiae, et artes ortum duxerunt; in ipsa innumerabilia incrementa habuerunt; per ipsam eo magis homo proprias cognitiones adangere, atque perficere novit; in quo J. J Rousseau praecipuam hominem interet helluas distinctionem reponebat.

Utque magis hujusce veritatis nos tutos reddamus, observemus tantummodo, quam paucae sint ideae, quam in infantia versentur artes, et scientiae, quam parum in populis rudibus cognitiones extendantur.

Sed neque societas efformari potest absque mutuarum egestatum causa, mutuorumque auxiliorum utilitate; neque utilitates haberi queunt nisi desideria aliquo modo innotescant. Ast naturam, dicere posset aliquis, ad desideriorum expositionem nobis varia signa sponte suppeditat, qualia sunt ex. gr. gestus: heccae vero signa manca nimis; et imperfecta sunt, ut ipsis nostra desideria ostendi queant. Eadem

praeterea docentibus celeb. Loke, et Soave duobus gravissimis incommodis sunt exposita: quum aliquis in tenebris versatur, vel obstaculum quodcumque impedit, quominus ab illo, cui aliquid patefacere cupit, aspiciatur, omnes gestus inutiles evadunt, Aliorum igitur signorum necessitas elucet vocum nempe, quae sint articulatione distinctae, atque ad animi sensus exprimendos conveniant, quid quod secundum Stoicos loquelam constituit.

Inter modos omnes, qui ad ideas communicandas apti esse possunt, magis utilis certe loquela evadit: humanae mentis operationes ipsa faciliores reddit; animi motus manifestos profert; supra attentionem, atque memoriam valdopere agit. Nationes, quarum lingua inops evadit cum illis, quae fertilem linguam habent, comparemus sufficit, atque inveniemus, spiritus studium, suavitatem, atque magnitudinem cum linguae nationalis copia proportionem servare, cujus rei causam querere non est admodum difficile.

Primus autem loquelae influxus ad cognitiones acquirendas in nominibus consistit, quae ideas rerum claras, quarum multae absque illorum auxilio ex

animo delerentur, nobis tutas reddunt: meos nihil sibi revocare videtur, nisi per aliquam sensationem prius acceptam ideae quam reproducit connexam. Extraneus, observat Michaelis, qui urbem incolis valde frequentem ingreditur, qualemnam difficultatem experitur, ut in sua imaginatione, atque memoria varias incolarum physiognomias retineat? Sed retinet, et faciliter distinguit statim ac nomina cognoscit; quid quod loquelae supra nostras cogitationes influxum clarissime ostendit.

Absque verbis, quae ideis corpus quodammodo praebent, ideae tantum revocarentur, quae ad res sensibiles spectant, quaeque per semetipsas facile distinguuntur, uti illae arboris, animalis, aliorumque similium habentur; caeterae ideae, sine verborum auxilio prorsus evanescerent. Ideae generales praeterea, si Rousseau fidem habere volumus, absque verborum subsidio haberi nequeunt: resque sincere abstractae pari modo videntur, et nonnisi per sermonem concipiuntur. Quomodo revera absque loquela imaginari aut intelligi potuissent materiae, spiritus, substantiae, modi, figurae, motus, aliorumque vocabula, si idearum, quae

hisce vocabulis adsignantur, quum sint mere metaphysicae, nullum habetur in natura exemplar? Memoria igitur sina loquela ad ideas proprie dictas, sive ad physicas imagines fere tantum esset circumscripta, atque ad eas quoque unusquisque videt, cujusnam utilitatis, sint nobis verba, quae utilitas in notionibus eo magis elucet (1).

Posito ita loquelae influxu ad idearum, atque notionum conformationem, facile quidem est concipere, quantum haec auxilii ad cognitionum adeptio-

---

(1) Equidem notatu digne est alia observatio, quam Sulzer facit in sue praeclarissima dissertatione, cui titulum est · *Observations sur l'influence reciproque de la Raison sur le langage, et du langage sur la Raison*

» J'ajoute encore une autre observation. E » est que souvent un concours fortuit de plusieurs » circonstances nous fait appercevoir une idée neu» ve et importante. Dans ce cas on est presque » sûr de la perdre bientôt après, si l'on ne prend » pas la précaution de la marquer par quelque si» gne. Pour faire revenir la même idée, il faudroit » le même concours de circonstances, ce qui n'ar» rive presque jamais. A-t-on un mot propre pour » nous en rappeller les principales, alors, à l'aide » de ce mot, elles reviennent toutes et amenent de » nouveau cette idée que nous aurions été fachés » de perdre. Voilà en quoi consiste le premier » avantage du langage ».

646

nem afferat. Cognitio, ille actus nempe quo anima inter ideas convenientiam vel disconvenientiam sentit, cognitio, inquam, uti ex Logicis patet, *immediata*, aut *mediata* esse potest. Primo in casu convenientia vel disconvenientia statim percipitur, atque *judicium* vocatur; altero in casu convenientiae, vel disconvenientiae confirmandae gratia ad tertiam comparationis ideam confugere oportet, et dicitur *ratiocinium*. Jamnunc quoad judicia, quae a Logicae magistris in *realia* atque *implicita* discernuntur, quum judicium reale illud sit, in quo antea seorsim duae ideae examinantur, ac nonnisi post hocce examen convenientia, vel disconvenientia adfirmatur; quumque apud nos judicia realia plerumque sint totidem propositiones mentales verbalium ad instar subjecto, verbo atque attributo compositae, pro certo habendum est, nullam mentalem propositionem fieri posse ab illis qui loquelae dono sunt destituti.

Omnia tamen ab illis hujusmodi judicia excludere nolumus, relate enim ad objectorum identitatem aut discrimen poterunt ipsi judicia realia quodammodo efficere. Conspicientes ita ar-

borem, quam jam alias viderunt, praesentem ideam poterunt comparare cum illa, quae in ipsis a memoria excitatur, atque arborem eandem esse concludere: salicem, et pinum insimul observantes, unum cum altero poterunt comparare, atque inter ipsos differentiam perspicere. Haecce vero judicia haud magni esse momenti concludere licet. Ac revera qualisnam ab ipsis magni momenti cognitio haberi potest? Majorem utilitatem afferentia illa sunt judicia, quae qualitates in objectis existentes eorumque relationes intimas respiciunt, quae objectorum naturam nobis patefaciunt. Sed quoad relationes, praecipue magis abstractas, cum loquela sint destituti, harum relationum notiones ipsas non agnoscent; itaque nullum reale judicium poterunt efformare, sed ne implicitum quidem, cujus nomine intelligitur simplex idearum conjunctio, quin examen ad judicium reale efformandum necessarium praecedat.

Horum igitur judicia simplices tantum idearum conjunctiones amplectentur, quae quidem nonnisi ideas qualitatum magis sensibilium respicient.

Quoad cognitiones denique demon-

strativas, fere nullum efficere posse ratiocinium illi videntur, qui signis carent, quibus omnes ideae inter se comparandae statui possint.

Animae facultates itidem supradictis de causis non admodum expeditae, atque imperfectae esse debent in illis, qui loquela sunt destituti.

Cretinorum miserrimum genus vitam ducit ferme uti belluae, nam loquela carens fere nullum rationis munus exercet, sed tantum physicarum necessitatum imperium sentiens vita fere vegetativa solummodo vivit.

Sensus eorum, qui loquela carent perfectionis gradum difficiliter attingent.

Idearum conjunctiones in ipsis fere omnes fortuito accident, neque multum uti poterunt illa facultate, qua anima attentionem suam in rebus successive ac gradatim ponit.

Quoad facultatem cognoscendi spectat, magni momenti judicia, et ratiocinia efficere non posse jam vidimus.

Loquela destituti praecipue memoriae auxilio carebunt, quod uti quisque videt capacitatem admodum circumscribere debet: ac revera communis est observatio, rerum in infantia gestarum memoriam majorem esse in

illis, qui mature loquela sunt usi. Hoc etiam probat factum a La-Mettrie relatum cujusdam muti in societate viventis, qui nescio qua de causa loquela paullatim adepta, de vita quam antea gesserat interrogatus, an parentes, aliosque cognosceret, extitisse vix recordabatur: notus est apud Philosophos, praecipue La-Mettrie, atque Condillac, quidam Lituaniae nemorum incola, qui e statu agresti in societatem vocatus atque edoctus, qualem vitam in illa solitudine gereret, quibus cibis vesceretur rogatus, ne suae quidem existentiae memor, tum solum vivere incepisse videbatur cum loquelae usum adeptus fuerat.

Magnum igitur rationi auxilium suppeditat loquela, si eadem carentes, tam imperfectas facultates, tam parum extensas cognitiones nostras haberemus. Ac si aliquis adhuc hunce loquelae officium in dubium ponere vellet, ratio queri posset ab ipso, qua Rector naturae supremus loquela nos instructos voluit. Procul dubio responsio facilis erit, ut vicissim cogitationes egestatesque nostras communicare, ac in societatis statu vitam peragere possemus.

Quod si pro certo habetur, per-

pendere sufficiet, nonnisi per societatem, quae sine loquela non datur, nostras cognitiones extendere, rationem expedire, intellectuales facultates perficere posse. Clarissimeque exinde patere loquelae officium ad rationales facultates perficiendas.

Recte igitur, meritoque Philosophi omnes una voce exclamant, hominem animal solum esse quod loquatur, hujusmodi privilegium supra caetera animantia imperium illi concedere, per loquelam in integram naturam regnare, ad suum conditorem ascendere, eumque contemplare, et colere. Per loquelam homo ens vere socialis efficitur, et societates, quas jubet ipse gubernat leglbus, quas creat, mutat, vel componit juxta temporum, locorum, circumstantiarum omnium varietatem.

Jure, meritoque ait celeb. Bonnet (1), hominem solum, quum prae caeteris animantibus loquelae munere fruantur, suas ideas quemadmodum sibi placet componere, atque inter ipsas vinculum constituere, quod suae imaginationis, et memoriae inaestima-

---

(1) Contempl. della natura.

bilem cognitionum thesaurum facit; hominem inde suas cogitationes communicare, facultatesque cunctas perficere; omnes artes, ac scientias in suam redigere potestatem, talique modo naturam sibi integram subjectam habere.

Jure, meritoque clariss. Merian una cum Michaelis sequentia scripsit:

„ Ce n'est que par le langage que „ l'homme devient véritablement homme. L'exemple des sourds et des „ muets, celui de ces hommes sauvages, ou plutôt de ces animaux à „ figure humaine que l'on a trouvés „ dans les forêts, nous apprend combien peu nous différerions des brutes, si cet instrument nous manquoit. Jusqu' où le langage contribue-t'il à perfectionner l'esprit et le coeur? Cette question est une „ des plus belles que je connoisse: que „ des choses utiles et curieuses ne présent'elle a notre meditation! Et de „ là ou vient tres naturellement a cette conolusion generale: que si une „ nation veut se perfectionner, elle doit „ commencer par perfectioner sa langue.“

Jure, meritoque de hac re opti-

me aït hujusce celebris Athenaei Ticinensis Antecessor (1).

„ Ogni uomo sà che la parola è „ mezzo di rappresentare il pensiero; „ ma pochi si accorgono che la pro„ gressione, l' abbondanza, e l' econo„ mia del pensiero sono effetti della „ parola. E questa facoltà di articola„ re la voce, applicandone i suoni agli „ oggetti, è ingenita in noi, e con„ temporanea alla formazione de' sensi „ esterni, e delle potenze mentali, e „ quindi anteriore alle idee acquistate „ da' sensi, e raccolte dalla mente; „ onde quanto più i sensi s' invigori„ scono alle impressioni, e le interne „ potenze si esercitano a concepire, „ tanto gli organi della parola si van„ no più distintamente snodando. Che „ le passioni, e le immagini nate dal „ sentire, e dal concepire, o si rimar„ rebbero tutte indistinte, e tumultu„ anti, mancando di segni che nel„ l' assenza degli oggetti reali le rap„ presentassero, o svanirebbero in gran „ parte per lasciar vive soltanto le „ pochissime idee connesse all' istinto

---

(1) Dell' origine, e dell' ufficio della letteratura. Orazione di Ugo Foscolo. Cap. IV.

„ della propria conservazione, od ac-
„ cennabili appena dall' azione, o dal-
„ la voce inarticolata. Il che si osser-
„ va negli uomini muti, i quali non
„ conseguono nè ricchezza nè ordine
„ di pensieri che non siano richiesti
„ dalle supreme necessità della vita,
„ se non quando ai segni della parola
„ articolata riescano a supplire co' se-
„ gni della parola scritta ".

Paullo post perbelle adjunxit celeber Auctor.

„ La ragione, che, avvertita conti-
„ nuamente dalle alterne oscillazioni
„ del piacere e del dolore equilibra e
„ dirige per mezzo del paragone e del-
„ la esperienza tutte le potenze della
„ vita, ove fosse destituta della paro-
„ la, non sarebbe prerogativa dell' uo-
„ mo; ma come negli altri animali,
„ ridurrebbesi all' istituto di misurare i
„ beni ed i mali imminenti con la nor-
„ ma delle sensazioni. Fuggono ai sen-
„ si le forme reali e le sostanze degli
„ oggetti, nè si discernerebbe il vero
„ dal falso, nè si bilancerebbe il van-
„ taggio apparente col danno nasco-
„ sto, se non si oltrepassassero l' ester-
„ ne sembianze, le sole ad ogni modo
„ che i sensi possono imprimere nella

,, mente. Quindi la ragione al difetto
,, d' immagini acquisite provvide co' se-
,, gni della voce, inventati ne' primi
,, bisogni dall' arbitrio dell' analogia,
,, poi migliorati dall' esperienza, e san-
,, citi dall' utilità. Così, poichè furo-
,, no indoleggiate con simboli e con
,, immagini molte serie di fatti, si de-
,, sunsero le idee del *dovere*, e del *di-*
,, *ritto*, ma come raffigurarle in tanto
,, tumulto di reminiscenze, di passioni
,, e di fantasmi annessi a quei fatti?
,, Come astraerle e preservarle se non
,, con un segno stabile ed arrendevole
,, alle astrazioni? E qual altro segno
,, se non la parola? Tesoro di suoni,
,, di colori e di combinazioni per cui
,, l' intelletto, dopo d' avere percepite
,, e denotate le forme sensibili delle
,, cose, può congetturarne e concepir-
,, ne le più recondite, e denominarle,
,, e scomporle in minime parti, e con-
,, siderarle in tutti i loro accidenti, e
,, ricomporle nell' armonia che dianzi
,, non intendeva; onde spesso ne vede
,, le cause e talvolta lo scopo, e resta-
,, ne attonito e più convinto dell' ar-
,, cana ragione dell' universo: dell' in-
,, comprensibile universo, dell' esisten-
,, za di cui mancherebbe perfino la

„ semplice idea, se come l'uomo non
„ può comprenderlo, così non potesse
„ nemmen nominarlo ".

Praeter hos, variis quidem verbis sed iisdem principiis idem testantur praeclarissimi alii Philosophi, quales sunt ex. gr. Baco à Verulamio, Rousseau, Sulzer, La-Mettrie, Condillac, Loke, Soave, aliique celebriores, qui cuncti uno animo statuendo conveniunt, loquelam rationi auxilium afferre.

Refellenda tandem est objectio, quae a nonnullis sententiae contrariae sectatoribus agitur, illos videlicet, qui a nativitate auditu et loquela capti in schola Parisiensi celeberrima educantur, rationalibus aeque facultatibus uti posse. Ista vero objectio, quae valida nimis prima vice videtur, per se ipsa concidit, si observare placeat, quod sicuti revera loquela rationi auxilio evadit, eorum intellectualium facultatum evolutio nonnisi tum accidit cum loquelae naturali artificialis substituatur, scriptura nempe, quae loquelae est filia. Si autem in ipsis intellectualium facultatum defectus ab organica in capite praesertim alteratione, uti malunt nonnulli, pendere deberet, quomodo

facultates deinceps evolverentur, quomodo organisationis defectui posset mederi? Et si in eisdem intellectus tarditas ab alterata organisatione non pendet, cuinam causae, nisi loquelae defectui, tribuetur? Hujusce enim ratio clarissime patet, si facultates intellectuales evolvuntur statim ac, quemadmodum jam supra notavimus, loquelaa naturali artificialis substituatur.

THESES.

I.

Nullum vulnus nisi a posteriori est mortale dicendum.

II.

Gravius est crimen infanticidii, quam mors foeti ex simplici ejus expositione.

III.

Circuli communicatio foetum inter et matrem nisi per secretionem explicari potest.

IV.

Caloris secretio haud omnis perficitur in respirationis processu.

V.

Actio remediorum adstringens a stimulanti differt.

VI.

Apoplexia nervosa non semper ex debilitate pendet.

